Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut dominentur eis nationes. Quare dicunt
impios ubi est ds eorum. Zelatus est dns terram
suam. et pepercit populo suo. Et respondit
dns. et dixit ipso suo. Ecce ego mitto uobis
frumentum et uinum et oleum et replebimi
ni meis. et non dabo uos ultra opprobrium
gentibus. Dicit dns omipc. Sci. mathm.
In illo t. Dixit do. i. d. s. Cum ieiu
natis. nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exter
minant enim facies suas. ut appareant homi
nibus ieiunantes. Amen dico uobis. quia re
ceperunt mercede suam. Tu autem cum ieiunas un
ge caput tuum et faciem tuam laua. ne uidea
ris hominibus ieiunans. sed patri tuo qui est in
abscondito. et pater tuus qui uidet in abscondito
reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis the
sauros in terra. ubi erugo et tinea demolit.
et ubi fures effodiunt et furantur. Thesauri
zate autem uobis thesauros in celo. ubi neque
erugo neque tinea demolit. et ubi fures non
effodiunt neque furantur. Vbi enim est thesaur